Fragmentarium

[illegible] ... secundum ... super bonum

tatem addere aliquid super rationem. Ad [illegible] ... dicendum quod

commentator in libro de causis ipsam bonitatem pu-
ram ex hoc ipso individuatur et discernitur ab aliis
dicit quod non recipit aliquam additionem. Non autem est
de ratione bonitatis absolute ut recipiat
additionem vel non recipiat aliquam. Si enim esset
de ratione eius recipere additionem, tunc quaelibet boni-
tas additionem reciperet, et nulla esset bonitas
pura. Similiter si esset de ratione eius non reci-
pere additionem, nulla bonitas reciperet et omnis
bonitas esset bona pura. Sicut est de ratione animalis,
non est neque rationale neque irrationale, et ideo hoc
ipsum quod est non posse recipere additionem quantum ad bo-
nitatem absolutam et distinguitur prima bonitas
creata quae est bonitas pura ab aliis bonitatibus. Hoc
autem quod est non recipere additionem cum sit negati-
o est eius rationis et tamen fundatur super simpli-
citatem bonitatis primae, ideo non sequitur
quod non sit causa et variata.

quod bonitas non est forma superaddita essentiae
et sic quamvis creatum est bonum per suam essentiam. Ad [illegible]
sicut unum convertitur cum ente, dicitur aliquid formaliter A
ita et bonum. Sed unitas ad quam dicitur unum quod conver-
titur cum ente non dicit aliquam formam super-
additam essentiae rei, ut commentator dicit in
quarto metaphysicae. Sed unaquaeque res est bona per
suam essentiam. Ergo unaquaeque res est bona per suam
essentiam. Praeterea si creatum est bonum per aliquam boni- 8
tatem superadditam essentiae, cum omne quod est bonum
sit, illa etiam bonitas cum sit res quaedam bona
erit. Non autem alia bonitate, sed per essentiam suam,
quia sic iretur in infinitum. Ergo eadem ratione
poterit quod creatum ipsum esset bonum per essentiam suam.
Sed contra. Nihil quod dicitur de aliquo per participatio-
nem convenit ei per suam essentiam. Sed creatura dicitur bo-
na per participationem, ut patet per Augustinum, unde de Trinitate.
Ergo creatura non est bona per essentiam suam. Praeterea omne
id quod est bonum per essentiam suam est substantiale bonum. Sed creatura

License: public_domain – Brugge, Stads- en O.C.M.W.-archief Brugge, reeks 538: Fragmenten van handschriften, nr. 55, fol. 199v onder – Thomas de Aquino, <i>Quaestiones disputatae de veritate</i>
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-pxoq/9640/70605)